

Letter 507: [Beginning of April 1533, Strasbourg], Capito to [Guillaume Farel]

Printed in Herminjard 3:37–8, Ep 413.

Nescivi abitum huius boni viri. Christophoro scribam. Bucerus aderit Synodo Bernensi; ego interim domesticam ecclesiam immorabor. Tuas hac hora accepi, quibus significas<sup>1</sup> pluries scripsisse.<sup>2</sup> Doleo quod non omnia inter nos familiariora esse possint. Dominus te servet! Per mercatores plura. Gebennenses Dominus confirmet! Nos hinc meditabimur id quod per literas iubes.

Tuus Capito.

---

<sup>1</sup> Corrected from 'significat.'

<sup>2</sup> Corrected from 'scribere.'